

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 175. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415584400752/facsimile.pdf> (tilgået 20. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

*Optegnelsesbog*

175

Tu Lucifer crederis in luctum venturus,  
Te ergo quesumus tuis discipulis subueni quos errore falso im-  
buisti,  
Eterna caue cum illis flamma comburi,  
5 Saluum fac populum tuum, quem erroribus decepisti, et valedic  
hereditati tue,  
Et corrige eos et exterge eos vsque in eternum,  
Per singulos dies maledicimus te,  
Et damnamus nomen tuum in seculum et in seculum seculi,  
10 Dignare Lucifer ipse isto peccato exilire,  
Miserere tui Lucifer miserere tui,  
Fiat iusticia tua domine super nos quemadmodum sperauimus in te,  
In te Lucifer qui sperabit confundetur in eternum,

*Antiphona*

15 O perjurum virum, Martinum Lutherum, cuius anima volupta-  
tem possidet, unde exultant lubrici letantur heretici, chorus stu-  
torum proclamat, turba demonum inuitat, mane nobiscum ine-  
ternum,

*Versiculus*

20 Constitue super eum peccatorem  
Et diabolus stet a dextris eius,

*Ploremus,*

Deus qui conspicis, quia heretici omnes humanis suffulti presi-  
diis, nullis scripturis, miraculis [24 a] aut rationibus vincuntur.  
25 Concede propicius vt penitenciam agentes, aut cito conuertantur  
a seductione populi tui, aut pertinaciter obstinati in infernum pre-  
cipitentur, commeritas penas luituri, per omnia secula seculorum.  
Amen.

[Herfra til 27 a er ubeskrevet.]

[27 b] Chrysostomus In Matheum homilia lxvij sic scribit, de  
30 cecis qui ex animo petebant illuminari, Hinc iam aperte discente  
potes dilectissime, quia etiam si valde viles, atque etiam abiecti

176

*Optegnelsebog*

simus : tamen si ardenti animi studio ad deum accedamus per nosipsos, sine mediatore impetrabimus, que petamus Consydera enim quomodo nullus apostolorum affuit istis sed ediuerso quamuis multi eos repellebant, omni tamen impedimento superato, ad Iesum peruenire voluerunt, Ita et si nullam ex vita fiduciam euan-

5

Idem homilia liij

Tu vero diligenter consydera, cum nichil ab apostolis in re mulieris factum fuerit totum ab ipsa perfectum Tantum quippe potest iugis et feroens oratio, mauult enim nostram deus qui rei 10 sumus quam aliorum pro nobis orationem, Nam quamuis maiore illi ad Christum potiebantur libertate, magnam tamen mulier ostendit pacientiam.

[28 a] An opus sit suffragatore

apud deum, videri potest in commentariis diui Ambrosij super epistles Pauli, vbi super hec verba Pauli primi capititis ad Romanos Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt, in hunc modum scribit, Sapientes enim se arbitrantur quia raciones phisicas inuestigare putant, scrutantes cursus syderum, et qualitates elementorum dominum autem horum spernentes : ideo stulti facti sunt 20 Cum si hec laudanda sint, quanto magis creator illorum, Solent tamen pudore passi neglecti dei, misera vti excusatione dicentes, per istos posse ire ad deum, sicut per comites peruenitur ad regem, Age nunquid tam demens est aliquis aut salutis sue immemor, vt honorificantiam regis vendicet comiti, cum de hac re, si 25 qui etiam tractare fuerint inuenti, iure vt rei damnentur maiestatis, Et isti se non putant reos qui honorem nominis dei deferunt creature, et relicto domino conseruos adorant, quasi sit aliquid plus quod seruetur deo, Nam et ideo ad regem per tribunos et comites itur : quia homo vtique est rex et nescit quibus debeat rem- 30 publicam credere, ad deum autem (quem vtique nichil latet, omnium enim merita nouit) promerendum suffragatore non est opus, sed mente deuota, Vbicunque enim talis locutus fuerit ei respondebit illi, et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis

35